



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 119. Sessio XLI. Basileensis Synodi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

**Sæcul. XV** tentaverant, legum severitate proceder. A.C. 1440. decrevit, & judiciali ordine per debita intervalla servato, tandem die vigesima tertia Martii in Sessione, quæ post Græcorum discessum tertia numeratur, Amadeum Sabaudum unaque ejus electores, ac omnes illius sequaces, nisi infra quinquaginta dies resipiscerent, anthematis poenæ subjicit, declarans Amadeum Antipapam, Hæreticum, & Schismaticum, omnesque ejus fautores, absque alia criminis declaratione, læse Majestatis reos esse, nisi intra præstatum temporis spatum debitam præfiterint obedientiam: illis vero, qui ad officium redierint, delicti veniam pollicebantur. Sanctus Antoninus Decreti hujus meminit, quod Monstreletus integrum Historiæ suæ inseruit, in actis tamen Concilii desideratur.

*Monstrelet.  
to. 2. ad ann.  
1349.*

### §. CXIX.

#### *Sessio quadragesima prima Basileensis Concilii.*

*Labb. Conc.* Basileenses vix comperto Eugenii de-  
to. 12. p. 642. creto adversus se procuso confessim  
*& tom. 13.* die vigesima tertia Julii Sessionem nu-  
mero quadragesimam primam celebra-  
bant, in qua Eugenii sententiam declara-  
bant scandalosam, injuriosam, schis-  
maticam, ac a fide deviam, & hæreticam, u-  
naque

naque inhibebant, ne quis cujuscunque Sæcul. XV.  
 status & conditionis esset, eam accepta- A.C. 1440.  
 re vel publicare auderet, sub poenis in  
 eorumdem declaratione contentis. Præ-  
 terea definiebant, eundem Eugenium de  
 enormibus criminibus convictum, merito  
 fuisse excommunicatum, exauktoratum,  
 omnique jurisdictione exutum. *Siquidem Gabriel*, ita loquuntur Basileenses,  
*olim Eugenius Papa IV. nuncupatus*, mul-  
 tiplicia, & enormia crima universalem  
*Ecclesiam Dei scandalizantia*, quæ adeo no-  
 toria erant, quod nulla tergiversatione cela-  
 ri poterant, perpetraverat, & audire Ec-  
 clesiam, ac præceptis Synodalibus obedire  
 contemneret, hæc sacra Synodus necessarium  
 esse judicat, postquam in multa longanimi-  
 tate & patientia post plures admonitiones  
 expectaverat, per suam sententiam dictum  
*Gabrielem fuisse, & esse notorium & mani-  
 festum hæreticum, & schismaticum, ac di-  
 versis aliis criminibus irretitum, eumque pro-  
 pterea a Papatu, & Romano Pontificio ipso  
 jure privatum esse declarare, inhibendo sin-  
 gulis fidelibus, ne eidem Gabrieli tanquam  
 summo Pontifici obedirent.* An omnia ista  
 dictoria, & convicia ex Basileensium ore,  
 dictante Christiana Charitate, profluxe-  
 rint, valde dubius hæreo.